

Bibliothèque numérique

medic@

**Favier, Joseph - candidat / Sue, Pierre
- président. - De spina ventosa**

1774.

***Paris : Typis Michaelis Lambert,
Regii Chirurgiae Collegii
Typographi, viâ Cithareâ,
Cote : ms 2344, n°14***

DE SPINA VENTOSA.

T H E S E S

ANATOMICO-CHIRURGICÆ.

QUAS, Deo juvante, & præside M. PETRO SUE juniore, Artium liberalium & Chirurgiæ Magistro, Regiæ Chirurgiæ Academiæ Socio, Scholarum præfecto designato, Anatomes & Chirurgiæ in Scholâ Præcticâ nuperrimè Professore, Societatis Regiæ Monspelliensis Correspondente, nec-non in generali Parisiensi præfecturâ Chirurgo ordinario, tueri conabitur JOSEPHUS FAVIER, Sisteronensis, Artium Liberalium in præclarâ Universitate Parisiensi Magister, Theseos Auctor.

P A R I S I I S,
IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS,

*Die Sabbati sextâ Augusti, Anno salutis 1774,
à sesqui-secundâ post meridiem ad septimam.*

PRO ACTU PUBLICO
ET
MAGISTERII LAUREA.



Typis MICHAELIS LAMBERT, Regii Chirurgiæ Collegii
Typographi, viâ Cithareâ.

M. DCC. LXXIV.





D. O. M.
T H E S E S
ANATOMICO-CHIRURGICÆ.

AD infortunium hominem ferè nasci diceret, cùm innumeris tota ejus vita malis conflièteretur. Primo enim à suo ortu Chirurgiæ fit objectum, cujus quidem scopus est primarius vel morbis corporis scire occurrere, vel salubriter illos curare. Enimverò quot, quantæ & quàm incredibiles calamitates humanum genus vexant, quæ vix enumerari aut verbis exprimi posse videntur! Quis non videt, quantam corpori humano perturbationem sive in solidis, sive in fluidis morbi afferant! Multi enim insunt non solùm in partibus mollibus, sed etiam in durissimis, quæ ossa dicuntur. Nostri autem programmatis objectum circa hunc morbum quemdam *spinam ventosam* dictum cùm versetur, antequàm morbi descriptionem delineemus, partium quæ hujus sedes sunt, pro vetusto Scholarum more, anatomica saltem adumbratio dari debet; & cùm in ossibus præcipuam sedem habeat spina ventosa, de quâ agimus, ossium ergò anatomicam descriptionem imprimis exponere debemus.

A

EX ANATOMIA.

Ossa generatim sunt partes corporis durissimæ, cæteris partibus firmiores, & mollibus fulciendis defendendisque destinata. Considerantur ossa & externè & internè : priori modo, si horum conformatio externa perpendatur; posteriori verò, si ad interiora lustranda diffingantur.

Quatuor in osse externo consideranda; nempe os ipsum, cavitates in eo occurrentes, hujus articulationes & usus. In osse ipso apophyses & epiphyses perspicuendæ. Pars ossis principalis quæ in pueris primùm indurefcit, corpus ossis dicitur, aut diaphysis; haberique potest reliquarum partium fundamentum. Apophysis est excrefcencia è corpore ossis nata, ut ramus pars continua arboris. Hæc varia habet synonyma; *processus* enim, *eminentia*, *protuberantia*, *tuberculum*, *tuberositas*, fere sunt unum & idem inter Anatomicos : attamen variis cognominibus designantur apophyses; aliæ enim figuræ ratione *coracoides*, *mamillares*, *odontoides*; aliæ sitûs causâ, *rectæ*, *obliquæ*, *transversæ*; aliæ tandem, *collum*, *labrum*, *condylus* dicuntur. Apophyses articulos firmiores efficiunt, insertionem musculis suppeditant commodiorem, & à centro motûs illos amovendo, vim augent, &c.

Epiphysis est illa pars quæ in infantibus ossis corpori, mediante cartilagine, jungitur; dùm in adultis epiphysis cum osse est continua. Indè in fœtu omnes epiphyses sunt cartilaginosa; at in adulto jam duriores evadunt. Epiphysium usus & in adultis & in infantibus est varius. In primis ossibus medullofis pro operculo esse videntur, ne effluat medulla; fabricæ articulorum cum motu amplitudine suâ famulantur, ut motus certior esse possit; suis cellulis conferunt ad levitatem ossium; præminentis suis circa tendines vim musculorum augent; horum in extremitatibus locum insertionis ampliorem præbent; ligamentis quæ articulationibus serviunt, firmiorem cohesionem largiuntur. Epiphysium usus in infantibus hi sunt; 1°. Illorum ob mollitiem in utero melius complicari & in angustiiori spatio contineri possunt infantes. 2°. Ossa, quandiu homo crescit, commodius elongantur, & ad debitam magnitudinem extenduntur. 3°. Tandem in pueris frequentiores fracturas impediunt.

È cavitatibus ossium externis, aliæ articulares, in-articulares alteræ. Priores, leves aut glenoides; posteriores, cavæ aut cotyloides vocantur, & plurimas adhuc differentias habent. In ossibus recentibus profundiores existunt quàm in desiccatis, ob eminentias in his cartilagineas oblatas, quibus tutior sit articulatio. Humorem oleosum continent, & mucosum, synoviam dictam, è particularibus glandulis secretum, qui ossa pro motu faciliiori lubricat. Cavitates ossium in-articulares, vel internæ vel externæ: internæ, si majores medullam; si verò minores, succum rubrum medullosum continent, & cellulae vocantur. Externæ *fovea, foramen, canalis, ductus, sinus*, &c. dicuntur.

Articulatio est ossium junctura cum vel sine motu; & triplex est generatim: nempe dyarthrosis, synarthrosis & ampharthrosis. Dyarthrosis dividitur in enarthrosim, arthrodiam & ginglymum. Enarthrosis sic dicitur, quando caput ossis profundæ cavitati jungitur, ut in articulatione femoris cum acetabulo. Arthrodia est, quando caput in cavitatem leviolem recipitur, ut junctura humeri cum scapulâ; ginglymus tandem vocatur, quando os recipit & recipitur, ut junctio humeri cum cubito & radio. Synarthrosis vel motum habet obscurum, ut in ossibus carpi, metacarpi & metatarsi notatu facillimum; vel nullum habet motum: ejus species sunt sutura, harmonia & gomphosis. Ampharthrosis est junctura ossium cum motu manifesto, quamvis structuræ partis ratione in eâ nullus esse videatur, qualis est inter se vertebrarum articulatio.

Externâ ossium conformatione descriptâ, nunc ad intimam deveniendum. Si ossa anatomicè & à primis incunabulis examinantur, membranas molles æmulantur, à variis fibris & vasis subtilissimis compositas, & à quibus suum incrementum & nutrimentum capiunt. Hæ fibræ membranæ sensim fiunt duriores & quasi cartilagineæ, atque lamellas efformant. Primis verò lamellis varia deindè nova fibrarum & lamellarum sensim sese applicant strata sive plana, quæ firmiora reddita, & ope fibrarum obliquarum, transversarum & clavorum *Gagliardi*, artius compacta, os tandem constituunt; quod, quò crassius, eò plures fibræ & lamellæ sibi invicem incumbunt, foraminula & interstitia relinquentes, recta, obliqua, longitudinalia, transversa, & succo pingui meduloso repleta; talis est sententia *Harvei*; attamen sentiunt re-

centiores has lamellas ope textûs cellularis inter se jungi, necnon complicari, & indè in adulto os generatim ex tribus substantiis componitur, scilicet compactâ, reticulari & cellulari.

Periosteum est illa membrana quæ omnia ossa vel internè vel externè proximè investit, dentibus & locis ubi muscoli inseruntur solis exceptis; hinc Periosteum adest vel externum vel internum. Ossium rudimenta in fœtu constituit periosteum. Ossa à periosteio accretionem, augmentum & nutritionem capiunt. Hujus vasa sanguifera ossium in loca penetrant innumera, quod facillè in juniorum ossibus observatur. Sensum ossibus largitur periosteum juxta veteres, sed recentiorum experimentis absque sensu esse videtur, cum sine dolore vel uri vel secari possit. Periosteum internum exteriori longè est tenacius, & intûs ossa velat. A durâ matre oriri vulgò dicitur, quod verò rectè dici non potest, cum omnes simul & eodem tempore cum durâ matre in fœtu generentur partes.

Medulla, massa olim informis habita, constat ex substantiâ oleosâ, pingui, subtili, & minutissimis vesiculis membranaceis, in quibus è sanguine arterioso fecernitur; continetur in pluribus ossium cylindricorum cavitatibus massa medullæ; in cavernosis enim ossibus, succus tantùm rubicundus, quasi medullosus deprehenditur. Vasa medullæ ad cava ossium penetrant. Arteriæ materiam medullosam adferunt & fecernunt; venæ verò sanguinem redundantem revehunt. Medulla in interstitiis fibrarum ossearum sese insinuans, ossa ab ariditate & fragilitate præservat.

EX CHIRURGIA.

ILLA ossium corruptio, quæ in ipsis nascitur, eorumque substantiam in latitudinem ac amplitudinem sensim extendit, spina ventosa dicitur. Hæc verò quibusdam sub hoc nomine fuit incognita, cum eam syderationem aut gangrenam aut denique ossis cancrum appellaverint: ab aliis etiam exostosis, sed immeritò, nuncupatur. Spina quidem à veteribus dicta fuit, quia sæpiùs, instar spinæ carni infixæ, pungit, & acerbos non-nunquàm dolores concitat: ventosa verò dicta fuit propterea quòd pars afflicta ità sæpè intumescit, ut tumor, licet vacuus sit, vento sive aere inflatus tangenti videatur. Inter exostosim & spinam ventosam re-

peritur magnum discrimen. Prior enim tantum habetur contra naturam eminentia, aut extuberatio quâcumque corporis parte contingens, undè sic sese exprimit *Heisterus*: *ejusmodi ossa sæpè vidi & nonnulla adhuc affervo, in quibus eminentiæ tales sine carie conspiciuntur; contra verò in spinâ ventosâ semper caries in ultimo saltem gradu reperitur.* Rectè igitur spina ventosa à recentioribus definitur tumor contra naturam in ossibus, cum horum substantiæ erosione tam in latitudinem quàm in amplitudinem prolata.

Non in ossis tantummodò superficie, sed inter lamellas aut cellulas, & in ipsomet osse serpit spina ventosa; è partibus ossis internis progreditur ad exteriores & majorem ossis partem aut minorem expandit in latitudinem. Undè aliquandò assurgit tumor, qui ad tactum durus & sæpè indolens repletus aere videtur; undè pungens dolor in solâ parte incipit; majores aut minores motus impediuntur; symptomata autem magis ac magis ingravescent, partesque ossa cingentes exulcerantur: talia hujus morbi sunt accidentia & effectus. Exostosim quidem appellaverunt veteres eminentiam paulò acutiorem ab ejus initio, tumorem contra naturam; vel si magis aliis arridet, ossis excrescentiam cum levi dolore & cum vel sine erosione. Hinc spinosa ventosa adhuc ab exostosi differt eminentiâ quæ hanc constituit; discrepat verò à rachitide, in eo quòd in hac multorum ossium Epiphyses seu extrema sine dolore & substantiæ erosione intumescant; hinc in rachitide ossium extremitates sæpiùs invadit humor noxius; hæ magis mollescent quàm in spinâ ventosâ: hujus vitia non solum brachiorum, crurum ac digitorum, sed etiam maxillarum, frontis, bregmatis ossa vexant: attamen extremitatum ossa frequentissimè invadunt.

Spina ventosa præcipuè à causis internis pendet; humoribus scilicet acribus, scorbuticis nec-non venereis. Antè venereæ luis in Europâ sævitiam, non adedè frequenter apparuit ille morbus. A ratione haud alienum est notare, à causis externis, ut ossium fissurâ, eorumque percussione quâcumque, interdum oriri posse spinam ventosam. Quæ verò dum fiunt, vasa earundem partium quæ inter lamellas ossis, aut in medullam serpunt, certè lædi debent, ita ut aliquandò etiam dilanientur: deindè humores in osseis cellulis effusi, ossa emolliunt, erodunt & ad medullam usque corrumpunt; dolores indè pungentes, tum

durarum tùm mollium partium tumores & ulcera. Causa autem hujus morbi proximæ sunt tenacis, acris, rodentis humoris collectio, vel quædam inflammatio, in ipsâ medullæ substantiâ, aut in ossium cavernulis nata. Illa humorum collectio non potest in ossibus adesse, quin dolores producantur, qui tantum in parte læsâ perferuntur, quosque nonnulli *osteocopos* vocare solent.

Si spina ventosa in suo principio adhuc intus in ossibus hæret, dolor à tactu externo vel pressione partis læsæ non excitatur, ut in malis externis aliàs fieri solet. Quandò autem dolor ab externâ pressione augetur, malum jam ad externas usque partes pervenisse aut in exterioribus lamellis ossis inchoasse indicatur. Inflammatio deindè periosteï supervenit, & omnes quasi aere aut vento distatæ partes, intumescunt. Dùm autem ejusmodi tumor, ut sæpè fit, extus aperitur, dùm os affectum videri, & attentius considerari potest, tunc ad partes ejus usque minimas eroditur, & certè caries deprehenditur.

Spinæ ventosæ tres gradus distingui possunt; quorum primus erit, cùm os sine dolore intumescere incipiet, aut cùm intus in osse dolor tantum levis aderit; & tunc absque tumore, absque externâ sensibilitate sævit morbus. In secundo spinæ ventosæ gradu, progressibus modò recensitis, rubore nec-non externo dolore concomitatus sensum tumor in osse manifestatur, sive sit durior, sive paulo mollior & quasi ventosus, cùm scilicet tangitur. Tertius deniquè gradus spinæ ventosæ dicitur, dùm præcedentibus malis prioribus, tumor abscessum movet, & vel spontè rumpitur, vel purè explorato, scapello aperitur, atque ichor fætidus aut purulenta materies, butyri vel lardi rancidi odore conspicua, postea exit.

Ex omnibus hætenus dictis, manifestum est, noxiam, corruptam, acrem materiam in ossis cavo, vel inter ejus lamellas ac cellulas inclusam, neque arte facillè evacuari, neque naturâ expelli posse. Indè vicinæ partes paulatim corrumpuntur & eroduntur, donec os prorsus exedatur & destruat, ità ut integrum sæpè membrum, ad ægrum servandum, auferri necessum sit. Prorsus inutilia aliquandò sunt remedia, præsertim cùm vitium ab interno quodam totius massæ sanguineæ habitu oritur; quandò etiam pars quædam corrupta, ut brachium aut manus, ferro ablata fuit, aliud indè membrum, alterum

nempè brachium vel pes eodem modo , ut in cancris affectibus fieri haud rarò assoler, malè vexatur; id quod semper contingit, imprimis quando sanguis per convenientem victus rationem, atque idonea remedia, à labe illà probè non expurgatur aut corrigitur. In primo gradu, malum aptis remediis sæpè adhuc cedit. Quò magis enim inveteratum est, quò majores jam fuerunt ejus progressus, quò æger debilior, quò magis sanguis corruptus, aut si alia graviora junguntur symptomata, eò difficilius medicamentis curatur morbus, sæpèque evadit immedicabilis, ità ut tolli non possit, & ægri miserè pereant.

Curatio spinæ ventosæ generalis duplex, pro-ut malum, vel in primis duobus gradibus quos *leviores* appellare possumus, vel in tertio gradu, ubi jam ossa omninò cùm ambientibus partibus erosa sunt, existit. In prioribus ergò gradibus non adhuc eroduntur ossa, & medicamenta interna, ut decocta lignorum sudorificorum, prout æger vel debilior vel robustior erit, adhibenda sunt. Illa medicamenta minora vasa & ad partes usque ossis ipsas penetrantia, humores noxios expellunt, id quod digestionem talium subsistentium humorum vehementer promovet; egregiè hunc scopum juvat, si aliquoties in die parti læsæ decocta herbarum resolventium aut aromaticarum supponantur, & vapor harum, parte rectâ, ad locum affectum calidè admittatur. Extra hoc tempus, partem unguento mercuriali quidam illiniunt, eique super-imponunt emplastrum mercuriale; certum quidem est hæc media, si morbus à venereo vitio pendeat, adhibenda esse. Experientia verò probat, si morbus ab aliâ causâ producat, illa medicamenta fieri inutilia. Celebrerrimus *Petitus* suadet in aliis speciebus spinæ ventosæ, quæ laudatis medicamentis cedere recusant, & in quibus manibus accessus denegatur, tumorem ossium sectione cruciformi detegere, & partem extremam angulorum cutis resecare; hoc peracto, pars linamentis aridis deliganda, ulcusque pro Artis & Naturæ lege mundandum ac consolidandum.

Si tamen suprâ laudatorum medicaminum usus continuatur, hujus morbi effectus non-nunquàm minuunt, aut saltem non ampliùs accrescunt; sed si ossei tales adsunt humores, ut dolor pungens, & maxima partium ambientium ingurgitatio sese occurrant, nulla n̄ humorum

qui hunc tumorem produxerunt resolutionem expectare debemus. Quod si verò hi omnes gradus vehementer persistant, medicamentaque prorsus sint inutilia, tunc dolores ac tumores certè majores fiunt; indè abscessus supervenit, & ossis destructio metuenda; illud os, si abscessus non spontè ruptus fuerit, antè etiam maturationem perfectam in loco aptissimo, qui plerùmque inferior, maximèque dolens est, scalpello satis detegendum: si verò abscessus spontè rumpatur, sed foramen nimis angustum sit, illud longâ aperiendum incisione; vel medicamento rodente, si ferrum nimis pertimescit æger, ampliandum; postea mundificantibus medicamentis purgandum; aut si hæc parùm sint, atque humores noxios intùs latere indicia adsint, tunc os ipsum sine morâ terebrandum usque ad medullam; donec corrupta ac rodens materies evincatur. Ubi hæc ad expellendam saniem minora foramina non sufficiunt, si tutò & commodè id fieri potest, terebrâ majori, quam *modiolum* aut *trepanum* vulgò appellant, os perforandum est; sic non solum facilior datur exitus materiæ noxiæ, sed etiam pro osse purgando sanandoque melior aditus medicamentis & injectionibus paratur; his præteritis, internis adhuc decoctis & essentis lignorum antimonialibus itemque temperantibus mercurialibus, externis verò mundantibus atque balsamicis medicamentis utendum, absoluta donec morbi obtineatur sanatio.

Si, remediis laudatissimis sine successu adhibitis, morbus adhuc gravior evadat; si pars jam nimis erosa ac destructa, ut spes ulla sit partem, imo & ægrum conservandi; quod præcipuè tunc fit, quandò usque ad articulum penetravit morbus, periculosum quidem, sed unicum superest auxilium, nempe amputatio; hæc verò pro diversitate partium læsarum differt, & variis in locis celebrari potest; undè tres hujus præcipui stabiliendi casus sunt;

1°. Scilicet, quandò morbus in parvis ossibus, ut in *carpo*, *tarso*, *metacarpo* vel *metatarso*, atque etiam in digitis adest; hoc enim in casu non necessum est totum membrum, nempe digitum, pedem aut manum auferre, sed sæpè sufficit, ossiculum corruptum eximi, ut *Spigelius* & *Scultetus* suis comprobaverunt experimentis.

2°. Cùm in majoribus ossibus adest morbus, sed pars tantummodò aliqua ejus exterior sive lateralis corrupta est; hoc in secundo casu

pars tantùm contaminata expelli debet. Sit in exemplum capitis caries quæ vel medicamentis vel ferramentis, scalpris aut forcipibus idoneis, quibus commodissimè hoc fieri potest, destruitur. Ulcus postea secundùm artis regulas glutinandum.

3°. Si vel os magnum, ut humerus, femur, tibia, &c. vel quilibet articulus planè afficiatur; tunc extremum, solum verò medium (membrum decurtationem) offert Ars saluberrima.

F I N I S.

CELESTISSIMO AC POTENTISSIMO
CAROLO JUSTO DE BEAUVALL
SANCITISSIMO PRINCIPIS
DISSIMILE PRIMA CLASSE MAGNATI
REGIS ORDINEM EQUITE
TANTUM EUS LEGATO CENERATI
PREFECTORIS COHORTIS PRÆFECTO
URBEM BARODUCI
ET LUNEVILLE CURATORI. AN 2
1781. A. M. D. C. C. L. X. I. V. S. P. A. C. T. I. O. N. E.
Officij, Sicut et confectum in diebus 6. gratia anni, p. 1781
M. C. C. L. X. I. V. S. P. A. C. T. I. O. N. E. Regis Carolus. Paris. Compl.
Luniville.

partem ventris continens capiti debet. Sic in exemplum capitis est
 hoc, cum vel his instrumentis vel foraminibus, capitis aut foraminibus
 non, quibus continetur hoc foramen, continetur. Utque potest

continetur in foramine continetur.

§. 2. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet
 articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 3. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 4. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 5. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 6. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 7. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 8. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 9. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 10. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 11. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 12. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 13. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 14. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 15. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 16. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 17. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 18. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-

strum continetur) ostendit. Aut continetur.

§. 19. vel os maxillae, ut dantur, semper, tibia, etc. vel quilibet

articulus plus ad os, tunc continetur, sed non vero mediam (men-